



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Apes. Ex. D. Gregorio Nazianz. orat. 34. Descriptio LXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

## H I R V N D O.

Ex D. Ambrosio hexam. lib. 5.  
cap. 17.

## Descriptio L X V I I.

**H**irundo minuscula corpore, sed egregie pio sublimis affectu, quæ indiga rerum omnium, pretiosiores auro nidos struit, quia sapienter ædificat. *Nidus enim sapientie pretiosior est auro, & cætera, de quibus alibi dictum.*

## G R V E S.

Idem lib. 5. hexam. cap. 15.

## Descriptio L X V I I I.

**M**anifestum sane est, in Septentrionallem plagam, hycne grues frequentissimas conuolare: nec piguerit meminisse, quatenus expeditiones suas dirigant.

Sub quodam militiæ eunt signo, & ne pregentibus ad destinata vis flauum renitatur, arenas deuorant, sublatisque lapillis ad moderatam grauitatem seburantur; tunc se tollunt in altissima, vt de excelssiore specula metentur, quas petant terras. Fidens meatu præit cateruas: volatus desidiam castigat voce, quæ cogit agmen. Ea vbi fatigata est, succedit alia: Pontum transituræ angustias captant, & quidem eas promptum est oculis deprehendere, quæ inter Taurinam sunt, & Paphlagoniam, id est, inter Caramben, & κριον μέτωπον. Cum trans medium alueum aduentasse se sciunt, scrupulorum sarcina pedes liberant. Ita nauaræ prodiderunt, compluti sapè ex illo casu, imbre saxatili; arenas non prius euomunt, quàm securæ sedis suæ fuerint: concors cura omnium pro fatigatis, adeo vt, si quæ defecerint, congruant vniuersæ, & lassas sustollant, vsque dum vires otio recuperentur, nec in terra cura segrior; excubias nocte diuidunt, vt exsomnia sit decima quæque. Vigiles ponduscula digitis amplectuntur, quæ si fortè exciderint, somnum coarguant; quod cauendum erit, clamore indicant: ætatem in illis prodit color, nigrescunt enim senectute.

## A P E S.

Ex D. Gregorio Nazianz. orat. 34.

## Descriptio L X I X.

**Π**οδὲν ἢ μελίσσαις τε, καὶ ἀράχναις τὸ φιλεργόν, καὶ φιλότεχνον, ἵνα ταῖς αὐτὰ κρήναις πλέκται, καὶ συνεχῆται δι' ἄγνων συρίγγων, καὶ ἀντιρρόφων; καὶ τὸ ἑδραῖον αὐταῖς. διὰ τὸ μέσῳ διατειχισματὶ, καὶ ἀλλαγῆς ἐπιπλεκόμενων ταῖς εὐθείαις τῶν γωνιῶν πραγμάτων ἧται, καὶ ταῦτα ἐν ζοφῶσις οὐρανῶσι σίμβολοις, καὶ ἀοράτοις τῶν πλάσματος.

**V**nde apibus, & araneis tantus laboris, atque industriæ amor, vt & illæ fauos construant, ac sexangularum fistularum, sibi que inuicem ex aduerso respondentium adiumento contineant, & per intermedium parietem, atque angulos, & relictis lateribus alternatim inuexos, domicilium suum fulciant, idque in tam caliginosis aluearibus, obscurisque figmentis.

## C V L E X.

## Descriptio L X X.

**I**N magnis siquidem corporibus, aut certe

maioribus, facilis officina sequaci materia fuit, in his tam paruis, atque tam nullis, quæ ratio? quanta vis, quam inextricabilis perfectio? & sunt alia dicta minora, sed vbi visum in eo